



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Ioannis Baptistæ. Quis putas puer iste erit? Luc. 1. 1. De
Baptistæ incomparabili excellentia. 2. De admiratione ista: Quis putas
puer iste erit! 3. De dotibus gratiosis Ioannis. 4. De ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

IN FESTO S. IOANNIS
BAPTISTAE.

Partitio.

- I. De Baptista incomparabili excellentia.
- II. De admiratione ista: Quis putas puer iste erit?
- III. De dotibus gratiosis Ioannis.
- IV. De vita eius eremitica & factis.
- V. Unde & quibus sit Magnus?

Quis putas puer iste erit? Luc. I.

FIGURA.

4 Reg. 1. **V**ETVS Testamentum virum nobis depingit, cui vulgo nomen Elias, Dei obseruantissimum, vitæ austeritate celebrem, zona pellicea velut cilicio ad renes accinctum, acerrimum peccantium, ac flagitiosorum vindicem, & honoris diuini zelo feruentissimum. similem omnino hodie nouum Testamentum depingit, cui nomen Ioannes Baptista, cuius vita, virtutes, & mores sunt penitus admitabiles: qui priori per omnia similis extitit: Elias erat Propheta, Ioannes plusquam Propheta: ille verba ignita & flammantia loquebatur, hic lucerna ardens & lucens: ille à coruis pastus est, & non nisi frigidam in deserto bibebat: hic locustis & melle siluestri in solitudine Palaestinae, quod apes illi præparabant, victitauit: ille impiū Achab & sanguinariam Iesabelem infollescentes castigauit, hic vero aduersus nefarium Herodis Herodiadis incestum coarguendo insutretxit: mira in utroque similitudo & harmonia, & magna utrimque prodigia: quæ latius vobis deducam, si prius Spiritum sanctum adorauerimus & gratiam ab eo postulauerimus, virginemque Deiparam saluauerimus, sua ut ope nobis adesse & intercedere dignetur: idcirco communi supplicatione Angelicis eam verbis compellemus.

AUE MARIA.

- I. Apocalypseos mysteria contemplans & petrus intuens, admirabilem video Angelum, qui duas pedum loco columnas habet, quarum

hæc terræ, illa mari insistit, quibus corpus è nube efformatū fulcitur: facies illi solis instar refulget, caput iride conuertitur, cuius extremitates terram versus vergebant, quæ oculis eius lacrymas eliciebat: leonis instar rugiebat, iurabatque breui mundum consumendum & iudicium in foribus adesse. *Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus nõ erit amplius.*

Cum figuram hanc accuratius intueor, dicebat Ioan. Baptista in Angelo Apocal. designatus. cere ausim, Angelum hunc Ioannis Baptista nostri typum fuisse, qui à Prophetis etiam iam olim Angelus meruit appellari. Tibias autem instar columnarum habet, ut hinc illius soliditas & constantia appareant, quodque Ioannes non fuerit arundo ventis agitata, sed solida quædam columna basi firmissimæ innitens: pes vnus terræ & alter mari insistens, quod elementum nõ minus inconstans, vagum ac mutabile, quam terra solida, constans & immobilis: symbolum sunt legis, tum veteris, tum nouæ. Illa enim varia & inconstans quæque aliquando abroganda & abolenda esset: hæc vero perpetua & sempiterna. S. Ioannes autem tantus fuit & tam late patens, ut amque ut sit legem complexus, pede vno veterem, altero nouam premens. Corpus ad hæc habet è nube compactum & coaptatum, quod Ioannes corpus adeo tenue & exhaustum ieiunijs habuerit, ut non carneum, sed aereum & è nubibus efformatum videretur, quia sine cibo aut potu prope modum vitam trahebat, *Erat neque manducans, neque bibens.* Leonis præterea instar rugit, & lacrymarum flumina emittit, quia eremicola noster in solitudine egit poenitentiam, & mundi delicta lachrymis expiauit. Denique capite iridem præfert velut arcum, qui in bello & conflictu vsu venire solet, ut hinc fieret manifestum, Ioannem edocendum, regnum cælorum pugnando & violentia & certaminibus comparari.

Quid in hoc Angelo deest, quod non Ioanni commode aptari possit? Malachias Propheta eminens eius virtutes & merita præuidens, plusquam hominem illum esse ait, nihilque ex homine participare, sed Angeli nomen illi assignat, *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam:* non quod natura quidam Angelus fuerit, ut stolidè nonnulli cum Origene crediderunt, sed gratia dumtaxat & functione, quod longe maius ac dignius, ut officio esim.

enim quamuis pannus auro argenteve intertextus laneo sit dignior & pretiosior: tamen hic ita insigniri & artificis manu ita exornari opere phrygio potest, alterum vt sit pretio antecessurus: ita quoque se res habet cum homine & Angelo. Licet enim hic illo natura dignior sit & excellentior, ita tamen per gratiam sublimari homo potest, vt Angelo sit futurus superior ac maior.

Tradit in naturali sua historia Plinius Lipsipum saeculo suo sculpsit facile principem duas Alexandri Macedonis statuas efformasse, vnam solido ex argento, alteram è marmore: marmoream tamen excellentiorem fuisse ac pluris aestimata: ob argenteam enim non nisi duo talenta à Rege tulit, sed ob marmoream viginti, hæc superabat, scilicet, materia, illa artificio & elegantia. Idè de homine & Angelo dixero: ambo imago sunt diuina efformata manu, & ambo magnum illum totius vniuersi creatorem artificem nacti. Angeli quidem natura dignior & augustior, quod nobilior, liberior, & penitus spiritalis sit: ac gratia ascendere potest in homine sublimius, quemadmodum in Ioanne Baptista ascendit, adeo vt & angelum transgressura sit: & sane homines, quantumcumque viles & plebei, per gratiam maiores & eminentiores ipsis Seraphinis, Cherubinis, & omnibus Angelis fieri possunt.

Homo angelo maior esse per gratiam potest.

Simile.

Fuit hæc opinio magni Patris Ioann. Chrysostomi, qui in homilia de laudibus Ioan. Baptiste ait, *Gloriosus fuit Ioanni, quod cum homo esset, Angelus vocaretur, quam si illud esset & nomine & natura.* Nec omnino id abs re: si enim quemquam regnum aliquod virtute propria & meritis nancisci contingat, maiori hoc illi laudi & gloria futurum est, quam si hereditate & successione legitima patris in regno succederet. Atqui, qui natura est Angelus, velut per successionem & hereditatem hoc habet, non vero meritis id sibi peperit: Deus quippe ex infinita sua misericordia Angelum illum creare voluit. At Ioannem Angelum esse & gratijs ornatum, proprijs illius meritis id ascribendum, diuina tamen illi gratia ac benedictione celesti auxiliante.

Simile.

Non est mirum aut nouum, egregiam oliuam, in fertiliq; ac feraci conuallum solo, retraque pingui & diligenter exculta fructus terre:

ardumetum quoddam sterile in deserta solitudine, locisque scrupulosis & arenosis progerminat, à nemine excultum, fructus proferre longe censendum mirabilis: Angelorum quoque in caelo, quod terra benedictionis & felicitatis, opimos amoris, zeli, charitatisque fructus procreare mirum nulli videri debet: at Ioannem Baptista, tubam, inquam siluestrem, velut qui deserta incoluerat, eisdem, quos Angelus, fructus producentem cernere, mirandum est, miraculum sapit, eumque Angelis omnibus maiorem constituit.

Et hæc est ratio cur mellissimus Bernardus & doctissimus Parisiensis Cancellarius Ioan. Gerson dixerint, Ioannem Baptista, quod per gratiam adeptus esset id, quod Angeli natura habebant, solum Hierarchiam quandam in caelo constituere, & neminem sibi parem aut locum habere. Adeo vt si petas ab ijs, quid Ioannes Baptista sit, responsuri sint audacter, esse quid Christo & Deipara minus, ceteris tamen Sanctis & Angelis quid dignius: atq; hæc omnium prope modum Ecclesiarum Patrum opinio est & sententia.

Hinc Augustinus ait: *Vis scire, quid sit Ioannes, non est Deus, non est Christus; Quasi diceret, Deo creatori & Iesu Christo mundi vindice excepto, inter homines sanctos primum ac principem locum obtinet. Quin & alio loco manifestus & audacius ait: Præcellit ceteros, eminet vniuersis: qui quis de muliere natus est, inferior est illo.*

S. Bernardus vere Christum soli, virginem lunæ & Ioannem lucifero comparans scribit, Post Christum illum in perfectione sua vnicum esse, & stū & Deo inter homines secundum non habere, vnus parū Ioan. est, inquit, & secundum non habet; Tria namque fecit Deus sine secundo, Christum, Mariam, & Ioannem. S. Ioannes Damascenus post Christum eiusque matrem sanctissimam tertium Ioanni Baptiste locum assignat; ac post duos priores præ ceteris hunc creaturis honorandum & colendum dicit. S. Gregorius Nyssenus in illius encomia se effundens turturum Veris prænuntium illum appellare, eique verba hæc Sponsi in Cantibus accommodare non dubitauit: *Imber abiit & recessit, surge amica mea & veni: vox turturis audita est in terra nostra, &c.* Postquam enim hycms rigida legis

S. Ioannes Baptista hierarchia in caelo constituit.

Ser. natal.

Cant. 1.

legis Moſaicæ pertransiſſet, Ioannis vox per
deſerta inſclamans, per Eccleſiæ terram eſt ex-
audita.

Epist. ad
Enoch.

Magnus Doctor Hieronymus Principem
illum nuncupat Anachoretarum, & Eremico
larum primipilum. Quin & pater ipſius Za-
charias futuram illius dignitatem auguratus
& præſagiens, iam inde ab incunabulis pue-
rum Prophetam Altiffimi vocare non eſt ve-
ritus: *Et tu puer Prophetæ Altiffimi vocaberis.*
Alij non prius Prophetæ dicebantur ſicbantq;
quam ad virilem ætatem perueniſſent, at hic
Propheta fuit etiamnum puer. Ioannes Euan-
gelista, qui eiufdem conſanguineus erat, illius
ho. ſcopum conſtituens, vocavit hominem à
Deo miſſum: *Fuit homo miſſus à Deo, cui no-
men erat Ioannes.*

Luc. 1.

Ioan. 1.

Poſt elogia & encomia illa hominum ſi &
coeleſtia & Angelorum audire eſt animus, Ar-
changelum Gab. ielem eius natiuitatem præ-
nuntiantem, huiusmodi de illo dicentem ac
prædicantem audietis, qualia de nullo vnquã
mortalium dicta memini; quod ſcilicet ma-
gnus coram Deo futurus eſſet, Spiritu S. iam
inde à matris utero replendus: *Erit magnus co-
ram Domino, Spiritu S. replebitur adhuc in u-
tero matris ſuæ.* Ipſe quinctiam Chriſtus, ho-
minum ſimul & Angelorum Rex, poſt huma-
nas & Angelicas prædicationes maximum om-
nium qui vnquam inter homines nati eſſe
cepiſuit, vnde apud Matthæum legere eſt, *Inter
natos mulierum non surrexit maior Ioanne
Baptiſta, &c.*

Luc. 1.

Matth. 11.

1. Reg. 15.

Regum hiſtoria quemdam villicum in de-
ſerto Pharan & Carmeli habitantem deſcri-
bens, inter cætera ait, quod magnus eſſet, &
in omnibus potens: *Erat autem vir quiſquam
in ſolitudine Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo,
& homo ille magnus nimis.* Veterem hanc hi-
ſtoriam nouæ adaptando, & figuræ veritati,
qui deſertum Palæſtinæ & Iudææ ſolitudines
adire voluerit, maximum ibi virum reperiet:
quo nullus vnquam maior exiſtit. Ita namq;
de illo reſtatus eſt Chriſtus: *Inter natos mulie-
rum non surrexit maior Ioanne Baptiſta, &c.*

1. Reg. 9.

Eodem in libro Samuel mores, vitæ ratio-
nem, corporiſque habitum & formam Saulis
deſcribens, ait, illum electum à Deo fuiſſe, om-
nium Iſraelitarum ſinceriffimum, & tantæ
proccritatis, vt capite & ceruicibus alius reli-
Beſſ. de Sanctis.

quo populo quaſi gigas & colofſus ſuperemi-
neret. *Et erat ei filius vocabulo Saul, electus &
bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo,
ab humero & ſurſum, eminebat ſuper omnem
populum, &c.* Qui omnes hæc proprietates
examinare voluerit, & æqua lance ponderare,
videbit conſeſſum, hæc maiori cum ratione de
Ioan. noſtro dici poſſe; ille enim electus à Deo
& prædeſtinatus, illius vt foret præcurſor, non
erat inter natos mulierum vir melior illo, per-
fectior aut dignior, & omnes mundi populos
non capite & ſuperis, ſed gratia, perfectioni-
bus & meritis ſuperabat.

Ideirco Salomon ſancti huius viri vitam mi-
raculoſam prodigioſamque contemplatus, in-
ter cætera paradoxa, & inter quatuor ſibi ad
comprehendendum difficilia, illam ponit,
*Tria ſunt, inquit, mihi difficilia, & quartum po-
nitus ignoro, viam Aquilæ in cælo, viam nauis
in medio mari, viam colubri ſuper petram, &
viam viri in adoleſcentia ſua.* Per primum nõ
nulli Ioannem Euangeſtam intelligunt, qui
Aquilæ inſtar ad ſublime diuinitatis myſterium
quo: auit; per ſecundum Apoſtolum Petrum, qui mon-
nauis Eccleſiæ rector cõſtitutus, magna omnium
admiratione, non ſine miraculo, ſuper aquas
ambulauit; per tertium Chriſtum Dominum re-
à mortuis eſt ſepulchro reſurgentem, qui ſerpen-
tis inſtar tam ſubtiliter ſuper & per ſepulchri
petram reſiſit, nullum vt veſtigium reliquerit;
per quartum denique Ioannem Baptiſtam, ille
enim portentum & miraculum quoddam natu-
ræ fuit, quod in p. etitia, imo infantia, vi-
fuerit, & rationis ac iudicij vſum nactus ſit.

Hoc eſt, quod hodie omnes homines demir-
antur, hoc eſt, quod vniuerſa Iudæa obſtupe-
ſcit, hinc eſt, quod amici & vicini Zachariæ, vi-
ſo puerum hunc tam miraculoſa ratione, totq;
portentis præuijs naſci, ad inuicem dixerint, *Quis
putas puer iſte erit?* Hoc hodie in concionis
thema delegi, ac velut fundamentum pane-
gyreos huius viri; quam vt digne proſequar &
debita ratione ac methodo qua cõſueui dedu-
cam, à mirabilibus, quæ in vitæ exordio & na-
tiuitate contigerunt, exordiũ ſumam; ac dein-
de quæ in totius vitæ ſerie eluxerunt proſequar;
quibus duobus oſtendã, voſq; omnes fateri co-
gam, nullum vnquam virum in terram aut ſan-
ctiorem aut maiorem cœlitus deſtinatum fuiſſe.

Quod ad primum attinet, cum admirabi-

V u Jem

41.

Natiuitates
puerorum
mirabiles.

Gen. 26.
Gen. 38.

Apes in
Ambrosij
cunis mel-
lificarunt.

D. Domi-
nici matris
somnia.

Compara-
tur Ioan.
veteribus
Patriarchis.

lem mirabilis huius infantis natiuitatem con-
sidero, præter communem naturæ legem, præ-
ter ordinem vulgarem, & non sine miraculo,
cælum terramque gaudio & exultatione re-
plendo, illam in lu. em prodire video. Multa
quidem magnaque, quæ in infantium multo-
rum natiuitate contingere prodigia, tum sacræ,
tum profanæ referunt historiae, nulla tamen,
quæ cum Ioannis natiuitate comparanda sint,
legere apud quemquam memini. Legimus Zo-
roastrem Aegypti regem, & idololatriæ ma-
giæq; inueni omē, mox ut natus est risisse; Esau
vero & Iacobū matris in utero calcibus se in-
uicem petiuisse. Phares & Zaran cum iam iam
in lucem edendi essent, vnus manum utero
exeruit, cui obstetrix coccinatam fasciam alli-
gauit: *Atque in ipsa effusione infantium vnus
protulit manum, in qua obstetrix ligauit cocci-
num.* Tradunt alij sancto Ambrosio nato & in
cunisposito, examen apum aduolasse, & cunas
circumsepisse, quo denotatum fuit, melle dul-
ciorē eius sermonem futurum, & eloquen-
tiæ illius dulcedine omnes demulcedos. S. Ni-
colaus vix in mundum venerat, quin ieiunium
& abstinentiam sectatus, diebus Mercurij & Ve-
neris vbera sugere noluerit. Qui S. Dominici
vitam & miracula conscribere, tradunt matrē
eius, dum adhuc uterum ferret, in somnis vi-
disse, canem in utero se ferre, qui facem ore, &
fronte stellam præferret, quod certissimū futu-
ræ illius doctrinæ ac vitæ sanctitatis erat præ-
sagium. At quod hodie in Ioan. Baptiste nati-
uitate cernimus, longe rariū & admirabilius
est, & magis percellit, & admiratione complet,
vnde merito quotquot viderunt, dicere obstu-
pescentes potuerunt, *Quis putas puer iste erit?*
S. Lucas hæc omnia describens ait, *Mirati
sunt vniuersi:* hæc autem admiratio & stupor
vicinos & cognatos multa dicere & augurari
de puero hoc, & varias sibi coniecturas effinge-
re, ac plurimis eum patriarcharum similē fore,
presagire coegit. Dicebant siquidem hi, secun-
dū hunc Noe futurum: nam vt Noe vere Ianus
biceps duo viderat secula, vnū ante, alterū post
diluuiū, ita quoq; puer hic, vetus legis Moyses
& nouum Euangelij & gratiæ sæculum vidit.
Illi vero alterum Abraham; nam vti hic fidei
& credentium pater fuerat, ita hic venerat, vt
omnes crederet per illū. Erant qui dicerent nouū
futurū Isaac, quod sicut hic filius Iesus & gau-

dij appellatus fuit, & pater eius centenari-
maior, audio sibi filium nasciturum, rei noui-
tate percussus, effuse risit, ita Ioannes nascens
omnes gaudio & exultatione repleuisset, & in
natiuitate eius multi gaudebunt.

Alij vero aliud comminiscens spargebant
in vulgus, fore nouum quemdam Iacob; nam
vt Patriarcha ille scalam viderat, quæ vna ex-
tremitate terram, altera cælum tangebatur, ita
quoq; Propheta hic cælos viderat apertos. Cre-
debant alij nouum Moysen fore; sicut enim ille
populum Dei per desertū deduxerat, ita hic à
tenetis annis solitudinē incoluit, & penitentia
promulgauit, omnes ad eandem inuitans,
*Antra deserti tenoris sub annis
Ciuum turmas fugiens petisti, &c.*

Alij deniq; augurabantur, Etiam quendam
futurum zælo plenum; prædixerat enim Ange-
lus de eo, *ipse præcedet in spiritu & virtute Elia.*
atq; ita diuersa de puero hoc prædicentes, eius
que horoscopum examinantes, omnes sibi
mutuo dicebant, *Quis putas puer iste erit?*

Quod vero omnes in admirationem rap-
iebat, & maxime percellerat, erat, quod præ-
ter naturæ ordinem & communem nascendi
gignendiq; consuetudinem nasceretur, è patre
sterili & matre infœunda. Ita porro id
destinauerat Deus, vt pueri huius natiuitas eo-
foret admirabilior; quod cum Zacharias pater
diffidens non credidisset, & Angelo natiuita-
tem eius denuntianti fidem non adhibuisset,
perdidit prompta modulus loquela. Cum vesti-
bulum aliquod palatij magnifici constru-
endum est, sicum & aridum quæri lignum solet,
ne si viride sit, opus hiet, rimas agat, ac pro-
inde ad normam aptari nequeat; ne vero li-
gnum putrescat, luna minuenta putari solet.
Ioannes Baptista porta ac propylæum fuit, per
quod Christi & fides, & cognitio in mundum
introiuit, ideo è ligno arido illum constitui o-
portuit, id est, è parentibus senibus, sterilibus,
frigidis, & incorruptilibus nasci.
*Gen. 17.
21.*

Et sane cum Ioannis generationem natiui-
tatemq; considero, Isaac natiuitatem videre
videor, qui matre sterili & nonagenaria natus
est; atque ideo filio nato admirans secum ait,
*Resum fecit mihi Deus, & quicumq; audierit,
corridebit mihi.* De Elisabethæ, quæ natura ste-
rilis, puerperio hodie dictum, filiū genuisset,
cuius natiuitate omnes sint gauituri & exul-
taturi.

taturi. O prodigia, & miracula & natiuitatem admirabilem *scilicet* qua miracula illa, quae in deserto iam olim contigerunt, mihi videre videor.

Exod. 17. Legimus in Exodo petram in Sinai deserto
Num. 10. virga percussam aquam emisisse, qua omnis
Deut. 28. exercitus potatus & adaquatus fuit, cuius rei
Psalm. 104. Dauid in Psalmis meminit dicens, *derupit petram, & fluxerunt aquae*; & alio loco, *Qui conuertit petram in stagna aquarum*.

Hic vero videmus duas quaedam petras, vnam senectutis, & alteram sterilitatis, diuinae omnipotentiae virga percussas, magnum gratiarum & virtutum torrentem, Ioannem Baptistam scilicet emittere, qui synagogam omnem in deserto aquis baptismalibus refecit & irrigauit.

In eodem quoque deserto cum manna caelo decideret, omnes admirantes exclamarunt, *Manna*, quid est hoc? quae nouitas? quae miracula? & ecce cum hodie in deserto sterilitatis & senectutis, filius velut manna quoddam descendit, omnes admirantes exclamant & stupentes, *Quis putas puer iste erit?* quid de puero hoc futurum?

E sterili matre quod nascentem videant admirantur, eoque sterilitate augurantur puerum hunc magnum fore & singularem. Omnes enim quos scriptura ex insecundis matribus genitos prodit, admirabiles, rari, eximij, & ceteris praestantiores existere. Qualis Isaac est Sara nonagenaria progenitus, in quo omnes gentes benedicendas Dominus promisit. Iosephus est Rachele, qui totius Aegypti constitutus vicarius, & totius mundi saluator est nuncupatus. Sampson naturae miraculum, Prophetarum gloria Samuel, alijque plurimi. Quorum quidem omnium natiuitas admirabilis extitit, at non adeo mirabilis, quae cum Ioannis Baptistae natiuitate confertur: potuerit, quae omnes percellens & obtusefaciens dicere cogit vicinos, *Quis putas puer iste erit?*

Ioannes in futuro magnitudinem est mirabilibus, quae in natiuitate illius contigerunt, augurantur. inter caetera vero, quod in matris utero fuerit sanctificatus, quam & Angelus suo prius calculo confirmauit, *Spiritu sancto repletur adhuc ex utero matris suae*. Arca Testamenti Iordani cum accederet, aquae diuisae sunt, & vtrinque conglobatae montem effec-

re: quod Psalmista Dei mirabilia in deserto patrarat recensens, non est oblitus, at loquens velut de re insolita & noua per apostrophem ait, *Quid est tibi mare quod fugisti. Et tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?* Idem in natiuitate gloriosi pueri contigit, quam primum enim ut naturae territorium attingit, peccati originalis mare fugit, & diuinorum iudiciorum, quae in omnes homines extendebantur, Iordanis stetit; *Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum*. & addam amplius; *Montes exultauerunt ut arietes*; fide inquam intellectus, charitate voluntas & spe memoria.

Iob pauperatatem aut potius miseriam natiuitatis suae exponens, quae tamen illi cum alijs hominibus communis, lachrymans dicebat, *Nudus egressus sum de utero matris meae*: quo loco non tam de corporis quam de animae auditate loquebatur. Certum est enim, omnes nos nasci nudos tum corpore, tum anima, corpore vestibus destituito, anima gratijs. At non Ioannes, quamuis enim corpore nudus sit natus, non tamen quoad animam, utpote, cui data sit gratia iam inde a matris utero.

Tanta inquam gratia, quaeque tantopere illi exornauit ac confirmauit, numquam ut toto vitae tempore mortaliter peccarit. Nam ut diuus Thomas docet, *Sanctificatus in utero* 3. p. q. 27. *creditur prestitum esse, ut de caetero mortaliter a. 6. ad 1. non peccarent*. Vnde quidam sanctus Abbas *Guerricus* per conia sancti huius decantans, sanctitatem *serm. 1. illius, originalem sanctitatem dixit, quod eam in matris utero receperit, quam deinde numquam amisit*. Imo docet Galatinus & Abulensis, numquam illum ne venialiter quidem peccasse, verbis Ecclesiastici hymni innixi: *Ne leui saltem maculare vitam fame posses*. *Psalm. 58.*

Psalmes regius hominum natiuitatem & conceptionem describens, & calamitatem, quae illos semper etiam ab utero sequi solet, ait, *Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab utero*. Hoc quidem locum habet in caeterorum hominum ortu, non vero in Ioanne Baptistae, qui ab utero matris Elisabeth cum Deo vnitus & coniunctus fuit, & gratia a Spiritu sancto repletus. Adeo ut de eo cantari illud possit, *Domine, praeuenisti eum in benedictionibus*. Vere enim benedictionibus caelestibus

I II.
Arbor mirabilis in Canaria.

præuentus fuit, quas deinde vniuersæ communicauit Iudææ.
Est in insulis Fortunatis, quas Canarias vocant, arbor, quam *Amaquam* dicunt, quæ ab ipso exortu suo rore pasta, & quotidie eundem recipiens, omnibus insulanis aquam velut fons aut scaturigo suppeditat. Talis fuit etiam Ioannes noster, & rara quædam per Iudæam planta; nam iam inde à matris utero cum gratiam, rorem inquam illum cælestem, recepisset, & eadem semper deinde pastus esset, omnibus deinde, qui eam audiuerunt, eandem communicauit, & cognatis & vicinis occasionem dedit dicendi, *Quis putat puer iste erit?*

Vere admirandum ac stupendum est infantem in utero matris subsultare & exultare præ gaudio. Esau & Iacobi motus ac concussio matris molesta & displicens fuit, quod inter se colliderentur & sese mutuo oppugnarent. At Ioannis motus matris gratus & iucundus fuit. Nam ut prolem ad Messiam præsentiam in Deiparæ aduentu exultare sensit, gaudio & læticia plena cognata dicere cepit, ei ob visitationem gratias agens, *Ut factum est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in utero meo: Quod egregia figura faciet manifestius.*

2. Reg. 6.

Dauid Iudææ Rex coram arca Domini saltauit, & magna gaudij & iubili signa ostendit, *Et Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum, &c.* Ita Ioannes coram arca nobilitate excellentiorique, Deipara scilicet quæ non tabulas legis, sed ipsum legis auctorem in se continebat, exultat & subsultat, inque matris utero præ gaudio tripudiat.

Comparatur Ioannes cum acu nautica.

Acus nautica ubi magnetem tetigerit, ad Boream semper vergit, & sidus Boreale ostendit. Ita Ioannes, vera legis nouæ acus iam inde à natiuitate à Spiritu S. gratia tactus, non stellam modo poli, sed magnum illum mundi solem lætitiæ & exultationis signis demonstrauit.

Item cum monte.

Atque ut altus quidam mons, qualis Athos, Atlas, vel Caucasus, citius à sole illuminatur quam depressa quædam vallis aut obtectus senticetum, eius quoque exortum denotat citius: ad eundem quoque modum Ioannes noster, qui quo ad perfectionem altus quidam vertex fuit, prius à Christo quam reliqui Iu-

dæorum inspiratus & illustratus, citius etiam illis ipsius exortum & aduentum annuntiavit, ad illius præsentiam etiam ante exultans, quam in mundo natus esset, *Exultauit infans in utero.*

Nouam hic videte lyncem, quæ oculos a deo viuidos & perspicaces habet ut non parietes modo & ianuas, sed matrem & virginalem simul uterum visum penetret, & in eodem Creatorem ac Redemptorem suum perspiciat. Quid dicitis ad hæc peruioces & contumaces hæretici? Is, qui in matris utero conclusus Messiam videt in alio etiam utero oclusum, & eum salutatur; cælo iam receptus & gloria perfruens, & oculos iam subtiliores & penetratioribus habens, quæ in hoc mundo sunt, non videbit, & nostras preces non audiet vel intelliget? sed de his alias. Iam in natiuitatis illius mirabilibus pergamus.

Si repentina hæc in utero exultatio fuit admirabilis, rationis vsu, per quem à Deo, iuxta Augustinum & Anselmum, præuentus fuit, longe etiam est mirabilior. Esse, tradunt herbarum scriptores, florem, cui nomen, *filius ante patrem*, cui hoc mirabile à natura datum, ut prius fructus ferat quam floreat. Talis fuit & Ioannes noster, fructus enim tulit amplissimos, antequam floruisse; Christumque adorauit antequam nosset incedere; credidit prius, quam natus; iudicio & rationis vsu polluit, priusquam ad ætatem venisset maturam; denique vir fuit & sapiens, antequam puer & linguam mouere posset.

In Genesi leguntur arbores fructibus onustæ à Deo creatæ fructusque ante flores apparuisse. Videte vero hic nouam quamdam arborem in medio synagogæ cum pleno rationis vsu plantatam, id est, genitam. Præcoces & præmaturus hos fructus naturæ florem & ætatis præcedere, nouum penitus & mundo inauditum.

Aaronis virga floruit, & simul fructum eadem nocte tulit, quod miraculum omnes Hebræos in admirationem perculit: *sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui; & turgensibus gemmis eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Ecce hic quid etiam mirabilis, videmus enim Ioannem eodem quo gen-

Item cum lync.

Herba que seminatur antequam floreat.

Gen. 8.

Num. 17.

tus

aus est momento, rationis vsu pollere.

Sol mox vt totius vniuersi facultam, mox vt conditus est, radiis quocumque sparsisse, suamque claritatem & lumen diffusisse: cerum quoque est, eodem instanti, quo Ioannes, stella illa matutina, conceptus, rationis iubar & diem illum ostendere coepisse.

Aues quæ cantant mox vt o-uo sunt ex cluæ.
Dicit nos experientia, non tamen sine admiratione, reperiri auiculas quasdam, quæ mox vt exlusa sunt ouo, cantillant, incedunt, & quocumque impetus tulerit, cursitant. Idē quoque Ioannem nostrum, præclaram illam solitudinis auem fecisse comperimus; quam primum enim vt conceptus, Messia laudes decantauit, & ad illius præsentiam adorationis gressus mouit, in matris vtro gaudio exultans. Quæ omnia adeo rōdua & inaudita vicini vita, vt omnes admirantes dicaat, *Quis putat puer iste erit?*

Cum aurora sole ab Antipodibus reuerso, vt hemisphærium nostrum obambulet, iubar effundere incipit, aues cantillare & minuire incipiunt, ac iucundissimo coacentu siluas & agros perstrepet. Ad eundem quoque modum, Ioanne nostro exoriente, ac velut aurora horizontem nostrum illustratura, iustitiæ Solem Christum præcedente; omnium auium genera cantillare, & suauissimam edere harmoniam incipiunt: nā auis illa paradifica, illa cælestiæque Phœnix, Deipara inquam virgo cantat: *Magnificat anima mea Dominū. Mutus quoque Zacharias; Benedictus Dominus Deus Israel.* Angelicæ etiam aues, *Magnus erit coram Domino. Et: Denique vicini & cognati, Quis putat puer iste erit?*

Cum hanc Zachariæ vicinorum interrogationem audio petentium: *Quis qualisve puer ille futurus est?* respondere illis posse videor, quod olim mystica Salomonis sponsa ad interrogationem, quam proponebant ei Israelitides dilectum querenti, *Qualis est dilectus tuus ex dilectis, & pulcherrima mulierum?* Quibus illa respondit: *Dilectus meus candidus, & rubicundus; electus ex millibus.*

Idem, inquam, de puero hoc dicere licet. Puer hic candidus est, & erit ob virginalem pudicitiam, rubicundus ob sanguinem, quem in martyrio effudit, electus etiam ex millibus, quod patrem nec habuerit, nec habiturus sit.

Merito igitur petere possunt: *Quis putat puer iste erit?*

Huic vestræ petitioni respondebo, Iudæi; Astrologum hic agam & genethliacum, eiusque horoscopum examinando, futuram pueri huius fortunam, ac sortem aperiam. Cum igitur videam, sub benignissimo & fauentissimo illum nasci astro, auguror & prælegio maximum simul & beatissimum hunc mortalium fore.

Solent Astrologi in Principum natiuitate per signorum & planetarum aspectum, & siderum dispositionem de futura eorum ætate, Astrologo- & gestis augurari, num scilicet ad bellum, an rum augu- vero ad pacem propensuri sint, munifici, an ad ria in prin- cipū ortu. rem attenti, felices, an infelices. Si Solis aspectum in Ioannis natiuitate videre voluerimus, & quo in signo tūm fuerit, indagare, Solem iustitiæ tunc in signo Virginis fuisse cōperiemus, quod omnium signorum fortunatissimum, semperque prosperitatem portendens, & quod fortitudinis ac virtutis prænuntium. Adeo vt hinc inferre liceat, puerum hūc non nisi maximum & felicissimum fore, cum sub felicissimo & maximo nascatur signo, gloriosa inquam Virgine, quam denotauit *Apo. 12.* signum illud Apocalypticum, de quo scriptum legimus: *Signum magnum apparuit in cælo.*

Augusti Cæsaris numismata quædam ab vno latere capricornum præferunt, qui in piscem desinebat, pedibusque anterioribus spheram premebat. Figura hæc, vt Suetonius ait, horoscopum illius designabat, & signa hæc illius natiuitati præfederunt, atque futuram fortunam præsignarunt. Equidem maiori ratione Ioannis nostri Baptistæ natiuitatem extollere possum, ac dicere, horoscopo illius denotari, felicissimum & perfectissimum illam puerum fore, qui vniquam in terra apparuerit, cum in ipso natiuitatis illius puncto solem iustitiæ & Virginem Dei matrem, quæ omnium astrorum, quæ in Zodiaco conspiciuntur, benignissima atque optima sunt, videam præsidentes.

Idem Suetonius ait, notatu dignissimum fuisse, Neronem Imperatorem eodem temporis puncto, quo sol oriebatur, natum; hocque exponens ait, solem nescio qua ambitione motum, in terra prius radijs suis illustranda

festinasse visum, quam puer hic eandem nascens tangeret.

Quanto hoc melius de præclaro hoc sancto dicendum, eodem namque quo nasci voluit tempore, magnus iustitiæ Sol oritur, videturque reuera prius illum radijs gratiæ suæ afflare voluisse, quam terram tetigerit. Quis non igitur inde futuram illius sanctitatem auguret & magnitudinem, & cum alijs dicit: *Quis putas puer iste erit?*

1. Reg. 1.

Prognosticon meum prosequens, magnum illum fore præfagio; atque ideo vnicus fuit. Anna mater Samuels miraculo primum nacta est filium, & deinde alios naturali ordine; at Elisabeth nullum post hac habuit, quique ira debeat esse vnicus, socium & fratrem habere vt non potuerit. Quod futuræ illius magnitudinis vitæque sanctitatis euidentis prælagium fuit. Atque hoc adeo verum est, vt si sancti sibi inuicem inuidere possent, ingemiscerent & plerarent, Alexandri Macedonis more, qui lachrymatus dicitur, audito Philippum patrem varias per Græciam obtinere victorias, quasi nihil sibi ad nomen immortale comparandum, fortitudinemque patefaciendam in posterum relinqueret; exostulare inquam possent, videntes Ioannem esse Angelum, Patriarcham, Prophetam, Apostolum Dei, martyrem, virginem, doctorem, confessorem, Anachoretam, &c. quasi nihil sibi ad meritum foret reliquum, cum illi donata fuerint omnia, nulluque vniquam inter mortales vixerit, cum illo qui sit dignitate comparandus, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Alexandri ambitio.

Solent in musicis instrumentis chordæ grossiores, quas bassos vocant, semper singule tangi, tenuiores vero binæ. Ecclesia instrumentum harmonicum est, in qua quotidie Dei laudes decantantur, iusti & sancti chordæ sunt, qui semper pares & socios habuere: in cuius duplicitatis cōbinationisque signum Dominus Apostolos binos ad prædicandum misit, *Misit illos binos ante faciem suam.* At Ioannes Baptista, vox illa velut bassus, clamans in deserto, solus fuit, nullum vniquam similem aut parem habuit. Vnde præclare de eo dixit Diuus Augustinus, *Quidquid Ioanne maius est, non tantum homo, sed Deus est.* Quin & Bernardus longius in laudum illius campum ex-

Simile.

currens dicebat, *Maior homine par Angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanum Patri.* An non igitur merito cognati petunt, *Quis putas puer iste erit?* Plura igitur de natiuitatis illius miraculis non loquar, iam vitæ eius mirabilia prosequenda sunt; atque hoc reliquum panegyricos meæ futurum erat.

Luc. 10.

Vitæ Ioannis mirabilia ab admirabili infantia illius austeritate incipiam, quæ deinde reliquo vitæ tempore seruauit. Non nisi quinquennium agebat, vt plurima Pauli pars renens, & hominum consortium deuotans, mundi honores & voluptates perosus in eremum, vitæ austeritatem sectaturus confugit, & ferarum se socium constituit. Ita namque canit Ecclesia:

*Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens, petisti, &c.*

O admirabilem eremicolam! Angelum incarnatum! Quid tibi o puer innocens cum hoc deserto, cum solitudine, anima purissima? Quid tibi opus cum bestijs viuere, cilicio tenella membra constringere, tamque rigidè in puerile corpusculum desauire? tibi inquam, qui quid peccare sit, nondum nosti quique in utero matris sanctificatus es? Non est, scilicet, ad expianda peccata illius hæc pœnitentia, sed vt exemplo eius edoceantur alij, vitæque hæc schola quædam est & gymnasium.

Christus olim de illius austeritate apud principes Sacerdotum & Phariseos agens, hoc illum elogio condecorauit. *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt Daemoniū habet: venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & positor vini.* Quis igitur mundo satisfaciatur & vique quaque placeat? Idem de mundanis quibusdā & libertinis dicere poterō, qui omnium Catholicorum mores sugillant & denigrant. Si sint Religiosi, qui nec manducant, nec bibunt, & lacris induuntur, idque ad carnem edemandam, & pœnitentiam agendam, hypocrite & fucati audiunt, illinc verò Episcopi & Prælati, qui vitam magis secularem, & ad populum accommodatam agunt, dicuntur prodigi & profusi. Hęc scilicet sunt mundi iudicia.

Verum cur Ioannes tam austere acrigide, Chri-

IV.
Quinquennium
nis in ere-
mum cap-
cessit.

Matth. 11.

*Iudicia si-
nistra mus-
di.*

Cur Ioannes auster, hæc dari solet & potest ratio: Quod Ioannes Christus communitate uiuere non metuebat. Tradunt, qui de animalibus scripsere, Leonem omnium animalium regem non in cauernis & spelunca, sed in via publica & agro sub dio dormire, viribus suis confisum, si vero interdum antra subire contingat, hoc solis declinandi umbræque captandæ gratia, non metus causa sit: sed cætera animalia nocte ingruente antra subeunt velut habitacula tutiora. Ita Christus, quod esset leo ille de tribu Iuda, numquam desertum petiit metu aut formidine compulsus, sed semper cum hominibus, & inter homines conuersatus est, quod nihil metueret, si vero interdum solitudinem adiit, hoc quietis & fecessus captandi, id est, Patrem orandi, & aduersus diabolum confregendi gratia factum. Sed reliqui Sanctorum, & Ioannes imprimis, peccata & abominations, quæ in sæculo dominantur, perspecta habentes, desertum veluti asylum & locum refugij delegerunt.

Verum est Ioannem eremum adijisse ad venialia delicta vitanda, mortalia enim nunquam admisit, quamuis autem hoc è sacra Scriptura erui nequeat, ad credendum tamen sufficiat, in ea reperiri, iam inde à matris utero à Spiritu sancto fuisse sanctificatum; sufficiat reperiri illum plusquam P. ophetam fuisse, sufficiat Christum dixisse, inter natos mulierum illo maiorem non surrexisse: venialia verò committere poterat, quæ ut euitaret, solitudinem adiit, ut se in tuto collocaret, & occasiones declinaret.

Qui in æstate aliquo profecturi sunt, ne à muscis importunius diuentur, summo mane iter aggredi solent, ut sub umbra incedant, & hanc molestiam fugiant. Peccata venialia muscæ quædam importunæ sunt, quæque hominibus, interea dum vitæ huius ætas durat, molestiam pariunt, atque ideo Ioannes iam inde à vitæ exordientis aurora, id est, quinque- nis molestiæ huius declinandæ causa eremum petiuit, & solitudinis umbraculum captauit. Conceptum hunc Salomon confirmans ait, *Musca morientes perdunt suauitatem unguentum, id est, peccata venialia, quæ nos muscarum vesparumque instar circumuolitant, tandem*

in causa sunt, cur gratia, verum illud & cœlestis vnguentum, pereat ac pessum eat.

In eremo igitur viuit, sed Cameli exuuiis indutus, unde Euangelistæ, *Ioannes erat vestitus pilis Cameli*. Qui habitus penitentiae symbolum, non vero subtilis & mollis: testimonium hoc Domini confirmat: *Quid existis in deserto videre, hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt*. Erat hoc cilicium è pilis camelorum contextum, rude, austerum, durum, sed quod Eremitæ huius animi robur & fortitudinem declararet. Vnde factum, ut Ethnici suos eriant Deos leonum & aliarum ferarum pellibus conuestirent, ad eorum potentiam & robur designandum Imperatorum quoque Romanorum ea fuit infania ac temeritas, ut huiusmodi gestare exuuias pulchrum ducerent, ac loco paludamæci purpurei leoni na humeris pellis de- penderet, ut ita & Herculem imitarentur, & terribiles ores viderentur & horrorem præferre. Hæc Gentilium fuit infania rifu potius & ludibrio, quam applausu & admiratione excipienda: at mysterio non vacat puerum quin- quennem in deserto camelina pelle cooper- tum viuere, hocque est, quod illum tum coram Deo & hominibus admirabilem, tum demonibus terribilem reddidit.

Sed mox ut desertum adiit, & antra subiit, inque cauernis delituit, lucernæ instar cœpit effulgere, & lumen suum eiaculari. Hinc est, quod ab Euangelistis *lucerna ardens* & *lucens* dicatur; idque non sine ratione. Primo Christus Deus quidem absconditus erat, *Verè tu es Deus absconditus*; deo lucerna opus erat, qua illum detegeret, & ostenderet. Secundo, non- dum exortus erat sol, sed iam iam exoriturus; dum quis igitur ante auroram & crepusculum matutinum surgit, lucerna opus habet: Ioannes igitur, quod in mundum venisset, Deum illum absconditum reuelaturus, & nasceretur, antequam iustitiæ Sol Christus exoriretur, lucernæ nomine appellari potuit. Erat itaque *lucerna*, sed *ardens*, ut hinc manifestum fieret illum concionatorem ardentem zelo & virtute æstuantem, qualis Helias, futurum. Hinc de se dictum, *Hic venit in virtute & spiritu Elia, &c.*

Sanctus Epiphanius & Dorotheus Mar-

Matth. 3. & Ioan. 3.

Matth. 11.

Ioannes lucerna ardens & lucens.

Nullum mortale delictum admisit. Venialiter peccare poterat.

Simile.

Eccl. 10.

tyr in vita Prophetarum docent Angelos, dū in cunis Elias adhuc puer cubaret, ignis illum fascijs inuoluisse; quo viso patrem consternatum Hierosolymam summum Sacerdotem super illo spectro consulendi gratia concessisse; ac diuino responsum oraculo, futuram pueri sanctitatem ac zelum hic tacite denotari, significatumque illum aliquando ignem viuentem & penitus caelestem aduersus Dei inimicos futurum. Idem de Ioanne nostro dicere possumus, cum lucerna ardens nuncupatus sit, atque hinc colligere illum ignem etiam aduersus Herodem & synagogæ principes fore; ideoque sanctus Basilus illi verba hæc Psalmistæ accommodare non veretur, *Ignis ante ipsum procedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Quam præclari hic sese nobis conceptus offerunt?

Psal. 96.

Lib. 8 in
Commodo.

Reges Persarum, teste Xenophonte, & Imperatores Romani, teste Herodiano, & aliarum gentium Principes, cum solemniter incedere pompa per urbem vellent, aut triumphum agerent, ignem sacrum & sacrificijs sibi præferri iubebant. De Cyro ita scribit Xenophon; *Post illum ignem sequitur Cyrus.* Commodus vero imperator Romanorum Lucillæ sorori, dum per plateas incederet, ignem præferri præcepit, *Honores sorori,* inquit Herodianus, *sua seruauit, nam & in theatris in sella Imperatoria sedebat, & ignis eam precedebat.* & profanis sacra illustraturus dico, Deum hodie ignem, faciem & lucernam hanc præmittere ad Messiam suique Filij maiestatem, dignitatem, diuinitatemque patefaciendam.

Exod. 28.

Comparatur
Ioannes
candelabro
aureo.

In Exodo candelabrum quoddam describitur aureum, in quo nocte diuine coram Acta Testamenti lucernæ arderent. Antiquitatem hanc cum nouitate comparans, ipse mihi persuadeco, Sancti huius fortunam hic tacite demonstratam; Ioannes enim velut nouum quoddam candelabrum aureum, id est, auro & virtutibus rutilans, coram Messia accensum est, & nocte diuine zelo & amore ante maiestatem illius inardescit, velut lampas quædam ante arcam foederis. Et sane Tertulianus libro contra Iudæos, & Cyrillus de Ioanne Bapt. locū illum Psalmi interpretatur, *parati lucernam Christo meo,* & Euangelista ait, *Erat lucerna ardens.* Atque vi fax illuminatum semper præcedit, ita Messiam suum hic præcursor.

Lib. 1 c. 7.

Psal. 131.

Itharo, dum Iosephum exaltare & honoribus afficere vellet, quadrijugo illum curui impoluit, & præconem ante currum enuntiare imperauit, ut omnes genu flecterent, & supplice poplite adorarent, *Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent.* &c. Deus æternus, velut nouus quidam Itharo, Iesum Christum filium suum extollere & exaltare dum cupit, sublimem ac gloriosum incarnationis currum fecit conscendere, Ioannē Baptistam veluti præconem, ad populi animos disponendos, quo Messiam debito honore prosequerentur, præmisit, *vox clamantis in deserto, parate viam Domini.*

Magnus Patriarcha Abraham, filio suo Isaacum uxorem quæreret, antiquissimum famulorum suorum misit, nomine Elefset, qui foras profectus, puellam aliquam tanto adolescentem dignam inuestigaret; qui cum tandem ad fontem venisset, & Rebecam vidisset, Domini nomine illam despondit, aurea & argentea illi offerens monilia, in aures & armillas, *Postquam autem biberunt Cameli protulit vir in aures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondi siclorum decem.* Ad eundem modum Pater æternus connubium filij sui dilectissimi cum Ecclesia celebrare volens, nobilissimum & maximum suorum & Prophetarum suorum, Ioannem Baptistam sciscitavit, qui iuxta Iordanem conuoratus Christum synagogæ despondit, & in aures illi dedit, id est, fidem (quia *fides ex auditu*) duos pendentes siclos, quod omnis religio & fides nostra circa duo potissimum versetur mysteria, Trinitatis & Incarnationis, armillas vero, decem pendentes siclos, id est, præceptorum diuinorum, quæ decalogus complectitur, obseruationem, vasaque aurea & argentea, id est, Sacramenta Confessionis & Baptismi, quæ Ioannes in deserto docebat, & executioni mādabat, quæ non nisi vacua erant vasa, liquore omni & gratia destituta, ac Sacramentorum legis Euangelicæ figura. Exclamem igitur in laudem tuam O præcursorem & prodromum verè admirabilem! imo vero & Prophetam maximum!

Et sane pauper hic Anachoreta, pœnitens hic solitudinis incolæ, Propheta extitit, non tamen magnus ille Propheta, de quo in Deuterio.

teronomio Moyses ait, *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitavit tibi Dominus Deus tuus, &c.* Quem & ipse se negavit esse apud Iudæos percunctantes: *Prophetas tuos id est, Tunc Messias, quem lex vetus sub nomine Prophetæ designavit: Non sum, inquit.* Ait tamen Christus illo absente, & plusquam Prophetæ. Quod cæteri Prophetæ vel prædixerint futura, ut Ioannes in Apocalypsi, Ieremias, Isaias, alijque, vel præterita, ut Moyses, qui spiritu quodam prophetico mundi originem & primordia descripsit, & quidquid in illius creatione contigisset, quamvis nihil horum aut præsens vidisset, aut ab alijs scriptum legisset, vel præsentia, ut Elifæus, qui Giezi simoniam & munera à Naamo acceptionem etiam absens vidit & intellexit. At Ioannes Baptista in omnibus Prophetæ fuit, præsentia quidem prædixit & annuntiavit, cum Christum digito ostendit, dicens: *Eccce Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.* Præterita autem, cum Iudæorum scelera coarguit, quæ tamen non viderat, nam ab incunabulis in desertum concesserat, dicens: *Gemmina viperarum, qui vos docuit fugere à ventura ira!* Futura denique, cum Christi Domini passionem prædixit, *Hic oportet crescere, in cruce sublatum; me autem minui, capite truncatum.*

Plinius testatur esse quoddam aquilarum aut miluorum genus, qui triduo, vel etiã quadriduo prius odorantur corpora, quàm emoriantur, hoc an verum sit nescio, scio tamen Ioannem Baptistam, velut huiusmodi aquilã, eminus & multo prius Christi corpus præsentasse quod in cruce moriturum erat. Atq; hoc forsitan Christus intellexit, dum ait: *Vbi ceciderit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Magnus igitur Prophetæ fuit, qui de omnibus annuntiavit, ac vir verè & in omnibus magnus.

Et ita magnus, quod quamvis fides non nisi circa ardua, difficilia, quæque sensus & naturam omnem excedunt, vertetur, quæ proinde miraculis prius confirmari opus habent, quàm credantur, divina tamen bonitas ita sanctum hunc exornare gratia, tali innocentia condecorare, tot cum virtutibus insignire, tamque in omnium oculis admirabilem voluit reddere, ut etiam non patris miraculis Iudæi illi crediderint, doctrinamque illius ut verissimam

Bess. de Sanctis.

habuerint, *Hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Apostoli quidem docere & promulgare Evangelium, & populos omnes ad sibi credendum inuitarunt, sed sermonem & doctrinam illorũ sequentibus signis & prodigijs Christus confirmavit, *Prædicaverunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, &c.* At nullum Ioannes miraculum edit, tamen mox ut Petrus & Andreas illum audire dicentem, *Eccce Agnus Dei*, quamprimum crediderunt, & Christo relictis omnibus adhæserunt.

Adeo quoque magnus fuit, ut vulgo à populo Messias sit habitus. Quare Christus infinita cum patraffer miracula, quibus diuinitatẽ suam testatus erat, crederetque nullum adeo brutum & stupidum fore, quin ut talem se haberet; & quodam tempore ab Apostolis petisset, *Quem dicunt homines esse filium hominũ?* tanta de sanctitate Ioannis populi animis insedit opinio, ut responderint Apostoli, Ioannem pro Messia à populo haberi, *Alij Ioannem Baptistam.* Neq; ea populi dumtaxat erat sententia & opinio, sed Scribarum, Phariseorum, Sacerdotum & Doctorum legis, qui propterea legatos suos ad illum in deserto miserunt postulatueros, *Tu qui es? Messias es tu, &c.* Magnus quoque fuit iuxta ea, quæ in viro magno requirit Evangelium. Nam apud Mattheum legimus: *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum:* nam Ioannes & fecit & docuit in deserto fecit penitentiam, & eandem quoque verbis edocuit. Huc respexit Angelus, qui natiuitatem illius annuntiavit, dum dixit: *Hic erit magnus coram Domino.* Cur non addis eadem opera Angele, magnum illum fore coram hominibus, cum crediderint illum suum esse Saluatorem ac Messiam? Magnus deinde fuit, quod sibi ipsi paruulus videretur, ideoque à Deo meruit exaltari, iuxta id, quod de Saule dixit Samuel, *cum esses paruulus in oculis tuis, ecce caput in tribus Israel factus es.*

Adeo quoque magnus fuit, ut ad illum producendum, & in mundum inducendum Dei ipsius manibus opus fuerit, *Manus Domini erat cum illo.* Dauid vates, cum de rotius vniuersi creatione ageret, ait Deum ad vniuersam hanc machinam procreandam non nisi

Pfal. 8.

digitos suos adhibuisse, Quoniam videbo caelos tuos opera digitorum tuorum. Isaías quoque de admirabili illa vi, quae vniuersam terram velut sphaeram in aere suspensam continet, agens, id Dei digitis fieri ait, *Qui mensus est pugillo aquas, & appendit tribus digitis molem terra.* Moses quoque in Exodo de muscarum Aegyptiarum plaga loquens, quae Pharaonis magos consternabat & in adiuuam rationem rapiebat, ait, illos percussos exclamasse, *Digitus Dei est hic.* Quin & apud Lucam, quamuis magnum quid & sublime sit fugare & eicere demonia, Christus tamē hoc non nisi digitorum suorum opus esse dicit, *si in digito Dei eicio demonia.* At dum de Ioannis Baptistae natiuitate incidit sermo, ait Scriptura, vniuersam Dei manum in illo creando occupatam fuisse, *Manus Domini erat cum illo.* Dum Euangelium de mysterio incarnationis loquitur, quo nullum vnquam maius Deus edidit, ab omnipotentiae diuinae brachio id profectum esse tradit, *Fecit potentiam in brachio suo.* Et apud Isaiaam, *Brachium Domini cui reuelatum est?* Cū itaque de Ioannis generatione loqui incipit, à Dei manu id opus profectum testatur, de ceterorum autem productione agens, non nisi digitorum diuinorum opera esse asseruat, vt hinc foret manifestum, sancti huius vix productionem incarnatione Iesu Christi esse quid inferius ac minus, at rerum ceterarū creatione quid maius & excellentius. Dicite igitur, an non verè magnus extiterit.

Isa. 40. Exod. 8.

Luc. 11.

Luc. 7. Isa. 53.

Nunquam quis Ioanne maior.

Rom. 8.

Apoc. 21.

Tam magnus siquidem fuit, nullus vnquam eo vt fuerit maior, aut caput manusve extulerit sublimius. Hoc vt intelligatur, sciendum est, Christum regulam & dimensionem omnium Sanctorum fuisse, secundum illud Apostoli, *Quos praesciuit, hos & praedestinavit conformes fieri imagini filij sui, &c.* In huius rei figuram vidit Ioannes in Apocalypsi Angelum, qui virga aurea ciuitatem illam caelestem ac beatorum, quam caelo descendente viderat, metiebatur, muros scilicet, propugnacula, portas & propylæa, imo & lapides singulos. Virga hæc, & calamus memorius erat Christus, quo omnes lapides viui, qui aliquando in ædificium caeleste cooptandi erunt, metiri debent, quoque lapis aliquis ad regulam hanc magis adaptatur, si que conformior, eo & altiore in caelesti regno locum sortietur. Si

igitur ostendero, ceteris nostrum Ioannem caput exulisse altius, & Christo conformiorē extitisse, satis me tunc ostendisse nullum eo vnquam maiorem aut digniorem extitisse putauero, Magdalena cum se ad hanc regulam & normam dimensa esset, non nisi ad pedes vsque pertigit, *transitro secus pedes eius:* secuta deinde Hemorrhoida, non nisi ad fimbriam vestimenti eius. Thomas quoque accedens, se se vt dimetiretur, vt qui regulam non haberet, sed pernicax foret, ad latus vsque peruenit, & exclamat, *Dominus meus & Deus meus.* Dilectus Discipulus etiam se ad Christi regulam metiri dum vult, cumque amplecti, pectus illius solum attingit. At Ioannes Baptista in Iordane ad illius se dimensus mensuram, manum ultra Christi caput extulit, ad quam altitudinem vnquam homo aut Angelus poruis pertingere. Quam obrem dicendum magnitudine illum omnes homines excessisse.

Denique adeo magnus fuit, illius vt magnitudo excellentiaque vix à quoquam comprehendendi possit, & sanè Ioannes de illo loquens, affirmatiue quid esset dicere non est ausus, at negatiue quid non esset, *Non erat ille lux.* Quin & ipse Sacerdotibus & Leuitis Ierosolyma ad se missis non nisi negatiue respondit, *Non sum Christus, non sum Elias, non sum Prophetæ.* Diuus Thomas docet quidditatem & essentiam Dei, quod eius natura incomprehensibilis sit, potius per negatiua percipi, quid non sit, quam per affirmatiua quid sit. Idem de dignitate, magnitudine, & excellentia Ioannis Baptistae dicendum, negationes ad eandem exprimendam aptiores, quam propositiones affirmatiuas videri. Ita hoc D. Augustinus ostendit, dicens: *Vt scire quid sit Ioannes, non est Deus, non est Christus, quasi illum omnium hominum & maximum & primum esse, denique & omnium creaturarum Phœnicem diceret.*

Addam hic velut appendicem, & magnitudinis illius coronidem, extremum & singularem, quo illum Christus est profectus, amorē & dilectionem; ita quippe illum dilexit, vt etiā ventre virgineo conclusus, neminem ante illum vixitare sic dignatus. Si rex potens & nobilis urbem aliquam ingressus, priusquam curru descenderet, eiuem aliquem inuiseret, an

Luc. 7.

Matt. 9.

Luc. 24.

Matt. 17.

Ioan. 1.

1. p. 9. n. 1. ad 2.

De laude 5. Ioan.

Amor Christi et ga Ioan.

108.

non magni & insignis amoris & dilectionis signum foret: Christus Dominus Regum Rex, & Princeps cœlorum, magnam mundi huius urbem ingressus, priusquam sacro Virginis vtero egredere, Angelicum hunc virum visitare dignatus est; quod extremæ amicitia & dilectionis argumentum. Quin etiam audito illum ab Herode occisum, luctum induens, & non mediocriter contristatus in desertum secessit. *Quo audito abiit in desertum.* Et etiam dum vixit, non semel aut bis, at sæpius illum coram omnibus Iudæis dilaudavit. Equæ gloria, tam præclarum facinorum suorum præconem nactum esse!

Mar. 6.

In Sigao.

Refert in vita Diui Hilarionis Hieronymus, Alexandrū Magnū cū ad Achillis tumulum confutisset, beatum ac felicem Achillem pronuntiasse: quod Poetarum principem Homerum gestorum suorum præconem nactum esset. Quanto igitur maior Ioannis nostri laus & beatitudo, vt qui Iesum Christum meritorum suorum sit præconem consecutus?

Christo fideles Ioan-
as.

Et tunc si Christus Ioannem tanto est amore profecutus, non sine causa id factū; nā ipse vicissim Christum etiam dilaudavit, vt qui priuatim & publice verum illum esse Messiam declaravit, se vero eundem esse negavit, honorem qui sibi à Synagoga legatis delatus esset in illum transfundens, *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* in quo insignem erga Dei filiū fidelitatem declaravit, cui Messia dignitatem ablatam ibant Iudæi, & in Ioannem relatum, fidelitatem inquam maiorem, quam Lycurgum vsurpasse tradunt historiae.

Fidelitas
Lycurgi.

Spartani enim Reipublicæ gerendæ peritissimi, cum Lycurgo, fratre illius Polydecte mortuo, regnum & coronam detulissent, vidualque defuncti prænantem se esse comperisset, verita ne nouus rex hoc audito indignaretur ac moleste ferret, quod forsitan masculus ex se nasciturus regnum illi auferret, vtpote legitimus hæres, nuntiavit illi, se, quo illius regnum firmaret, tutum & ab omni competitore liberum redderet, si modo vellet, factum vtero conceptum veneno aliquo aut medicamento necaturam, aut abortum causaturam. Placere sibi consilium finxit Lycurgus, at nollet se, ne tali sibi medicamento aliquid afferret detrimentum, quare infantem tempore Iyo nasci sineret, sibi iam nati extinguendi ratio-

nes non defuturas. Credit illa, & cum egrægium masculum peperisset, Lycurgus acceptū in senatum detulit, atque hæc ad Lacedæmonios vsus est oratione: Ecce legitimum regem vestrum, Lacedæmonij, non vero me; quare regia ornamenta exuta puella imposuit posthumo. Magna hæc profecto fuit fidelitas; non tamen cum Ioannis nostri fidelitate comparanda, regnum enim quod detrectauit, Messia regnum fuit, cumque omnes vt Messiam & redemptorem orbis illum haberent, declaravit, mox vt puer ille in mundum venit, non se, sed puerum Iesum Messiam ac verum illorum regem esse, *Medius, inquit, vestrum stetit, quem vos nescitis, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamensi.* O fidelem seruum! ò virum admirabilem! ò mundi Phœnicem!

Sed iam satis superque, auditores, de hac re locuti sumus, citius siquidem me verba quam materia defecerit; iam enim vox me & latera destituunt, cum Sancti huius merita perfectioræque infinitæ, immensæ & impenetrabiles sint; sufficiat nobis virtutem & vitam illius admirari, & in natiuitate illius exultare. Benedicamus & deprædicemus Zachariam, quod tam beati filij pater existat, gloriam Elisabethæ & felicitatem decantemus, quod tam admirabilem ediderit prolem. Erat apud Ethnicos moris, vt puerperarum foris coronis & floribus conuestirentur postes: cuius quidem consuetudinis Satyrus meminit:

— Floribus suspende coronas,
Iam pater es.

Veterum
consuetudo
in puerpe-
rio.
Iuuen. sat. 9

Elisabeth Zachariæ Pontificis vxor è sanguine & stirpe Aaronis hodie filium enixa est Ioannem, hanc igitur consuetudinem sequamur, illiusque foribus & postibus coronas affigamus, atque omnigenarum laudum & præconiorum flosculos depromamus, & matris huic suam felicitatem congratulemur, simulque cum vniuersa Ecclesia hodie exultemus & lætemur. Pueri huius magnitudinera diuulgemus, merita illius deprædicemus, natiuitatis illius mirabilia decantemus, & ad illū, quum modo in cœlo gloriosus regnet, vota & supplicationes nostras ditigamus.

O gloriose Ioannes! mundi miraculum, natura stupor & portentum, cœlorum opus, terræ gloria, hominum Phœnix, sanctissimæ

Ioannis e-
picheta.

Trinitatis legate, Messie præcursor, eremi doctor, solitudinis incola, Eremitarum princeps, Anachoretarum patrone & præses, pœnitentiæ exemplum, pater pietatis, omnisque sanctimonie Magister ac præceptor: tu olim propemodum in terra Angele, at modo in cœlo omnibus Angelorum hierarchijs maior ac superior, Zachariæ filii, te su Christi cognate, è magni Pontificis Aaronis stirpe progenite, iâ inde ab incunabulis magne & eximie, ante natiuitatem prudens & discrete, in matris utero sanctificate, magnorum mysteriorum Prophetæ, Synagogæ oraculum, ac totius vniuersi iubile & exaltatio: è toto corde & animo tibi hodie laudem offerimus, omni qua possumus pietate opem tuam deposcimus, orationes tibi nostras & preces omni humilitate ac demissione præsentamus. Tu nobis faueas, ac benignus esto, præsta, vt qua tum in cœlo, tum in terra auctoritate ac potestate polles, sentiamus; tu scilicet, qui nunquam peccasti, tantam tamen fecisti pœnitentiâ, tamq; in corpus tuum rigidus fuisti, fac obsecro, vt intercessione tua veniam delictorum obtinere mereamur, quâ vt obtineamus, ex hoc momento pœnitentiâ nos acturos pollicemur. Tu vanitatum contemptor, qui à teneris annis mundum deserens, in desertum & intimam solitudinem fugisti, fac vt exemplo & ad imitationem tui idem sequamur, si verò eandem forsitan non tam mature & cito inceperimus, ac te constât incepisse, ac stultè & stolidè maximam & potissimam vitæ partem traduxerimus, tamen quoniam satius & serius quam numquam, præsta vt exiguum id, quod restat vitæ ac temporis, in mundi fuga, vanitatum contemptu, & pœnitentiæ austeritatisque sectatione impendamus, vt hac ratione salutem nostram in tuto collocemus, peccata fugiamus, gratiam mereamur, atque ita Deum metuentes, & virtutem sectantes, beatitudinis nos compotes reddamus, quam sanctissimus Pater cum vnigenito Filio, & paracleto Spiritu sancto nobis dignetur concedere. Amen.

IN FESTO GLORIOSORVM APOSTOLORVM PETRI ET PAULI.

Partitio

- I. Adferuntur figura de mystico numero duodenarij;
- II. De titulis & petra Petri;
- III. De incomparabili excellentia Petri ex potestate clauium;
- IV. De S. Pauli in prædicando auctoritate & scientia;
- V. De gemina Doctoris gentium charitate;

Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Matth. 10.

FIGVRA.

MOSI cum arcam Testamenti iam olim facere præciperet Deus, duc illum Cherubinos super propitiatorium collocare voluit, qui penitus aurei, & versis se vultibus intuentes, & alas extendentes, summum & dignissimum arcam locum occupabant. In Evangelica lege hanc figuram adimpletam videre videor. Hic siquidem duos magnos & eximios Apostolos intueor, velut duos Cherubinos, Petrum & Paulum, qui charitate aurei & virtutibus circumsecus exornati, & se mutuo averso vultu intuentes (quod ille Iudæorum, hic Ethnicorum salutem procurandæ incubuerit) & alas potentie ac doctrinæ extendentes, summum in Ecclesia locum & dignitatem occupant: Apostolorum princeps vnus est, magnus Iesu Christi Vicarius, ac generalis totius Ecclesiæ rector & nauclerus: aliter verò vas electionis, magnus gentium Doctor, Euangelij buccina, ambo quo ad scientiam Cherubini, dignitatem Apostoli, & socij & sodales, ambo quippe eodem mortui sunt die, non vero eodem mortis genere, Petrus siquidem cruci affixus fuit, Paulus vero ceruices præcisas habuit. O martyres admirabiles! ô gloriosi principes terræ, o bis lumina, ac bases Ecclesiæ! Hodie vestras ego laudes vesteriam præco factus celebrabo, vltra